



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 174. Legatus Rochisanam sibi demereri intentus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. CLXXIV.

Sæcul. XV.
A.C.1448.*Legatus Rochisanam sibi demereri
conatus.*

Legatus hac Bohemorum pertinacia compulsus, ipsum Rochisanam adiit, ut illum sibi arctiori amicitia devinceret, tandemque animum ejus ad suas partes pertraheret. Rochisana primo Legati votis plurimum concessisse videbatur, attamen propriæ suæ utilitatis studio longe fortius, quam credebatur, tractum fuisse, eventus docuit.

§. CLXXV.

*Papæ diploma a Rochisana pro Pra-
gensi Archiepiscopatu petatum.*

Rochisana omnibus modis Legato persuadere conabatur, se plus ceteris laborasse, ut Hussitæ cum Basileensi Synodo unirentur, suamque navatam operam usque adeo Sigismundo Imperatori probatam fuisse, ut illi in tam insignis obsequii præmium Pragense Ecclesiæ Prælaturam polliceretur, ac propterea Sede illa Archiepiscopali vacante, ut ad eam ipse eveheretur, a Cæsare in Curia Romana rem instanter promotam fuisse, nec tunc quicquam obstitisse, minus vero nunc quicquam obesse. His subjunxit,

xit,